

hic etiam si modum excedat, valetudo periclitatur: quoniam ita calor innatus dispergitur ad superficiem ac euaporat: ut per tristitiam idem nimis colligitur ad interiora, unde cordis substantia coarctatur, exiccaturque

Hilaritas, humor natiuus. Hæc igitur semper cum periculis, *τέρψις*, curo est, indolentia nunquam, quod hæc in medio extremorum sit: lætitia cum vel subita nimiaque fuerit, vel diuturnior: nam tempestiua *εὐφροσύνη*, *εὐθυμία*que laudatur. cor nempe dilatat, et sanguinem in omnes corporis partes ex æquo deriuat ac distribuit. Sanguinis autem, familiarissimi & saluberrimi humoris, & (vt quidam loquuntur) tanquam vehiculi animæ vis et copia, corpus vniuersum vegetat, animat, viuificat, sensum agilitatemque promouet, colorem floridum, caloremque natiuum (omnium nature nostre functionum opificem) excitat: atque inde in toto corpore iucundus quidam voluptatis sensus percipitur. Voluptas autem, vt viri sapientes dicunt, actionem omnem perficit. Cum itaque quid. que sanitas dicatur ea corporis constitutio,

in